UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ethices Christianae, Libri Tres

Daneau, Lambert

Genevæ, 1579

Cap. VI. Decem præceptorum, quæ diuina Lege continentur, materia in vniuersum proponitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41242

Visual Library

CAP. VI.

Decem præceptorum, quæ diuina Lege continentur, materia in vniuerſum proponitur.

IAM de vniuerſa materia horũ pręceptorum videamus, & de eorum diuiſione.

In duas tabulas Lex tota diuiditur. Prima continet quatuor præcepta. Nã tria prima ſunt de actibus religionis: quartum autẽ de actibus pietatis, quale eſt de Sabbato, ait Thomas in 2.2æ. Quæſt. 122. vbi quatuor præcepta tribuit primæ Tabulæ, & Magiſter Sententiarum. Sed alij Scholaſtici contrà. Auguſtinus libro 15. contra Fauſtum cap. 4. & 7 tribuit primæ Tabulæ tantùm præcepta tria: ſecundæ autem ſeptẽ, quæ pertinent ad proximum. In prima tabula, ait, caſtitas noſtrarum cum Deo nuptiarum cõtinetur: in ſecunda verò, vnitas membrorum Eccleſiæ inter ſe. Nos verò diſtinctius ſic, Omnis Dei cultus eſt

aut
- Internus, vt intelligamus,
  - Quis ſit verus Deus. eò primũ præceptum pertinet.
  - Quo mentis modo colendus. eò ſecundum præceptum.
- Externus vt colamus ſactè
  - In vniuerſum Dei maieſtatẽ. tertium præceptum.
  - Cęremonias quaſdam,

ab eo inſtitutas ad noſtræ pietatis profeſſionẽ, & cultus illius teſtimoniũ, in quo, vt ait Lactãtius, religio eſt, & quartũ præceptum verſatur.

CAP.